



25228

I

Mag. St. Dr.

P

Karl Hyacinth

*Ineptias et mendacia contra Principem
Lotharingiae Carolum Hyacinthum.
(1669.)*

Ms. 3770.

- 1.
- 2.
- 3.

tio
me



Ser
& t
git
in f
ind

aut
filiu
in 1
aliis
& C

*Chronik der Stadt
Hildesheim
von 1500 bis 1800*

INEPTIÆ & MENDACIA,

Contra Principem Lotharingæ, Carolum Hyacinthum.

1. Quod non sit hæres Ducatum Lotharingæ, & Barri.
2. Quod Serenissimus eius Patruus vendidit Gallis illos Ducatus, & ab iisdem quinque Milliones recepit.
3. Quod sit Tribunus Legionis seu Colonellus Regimenti, ne aliundè viuat nisi ex donariis Imperatoris, & redditibus Regimenti.

Ad respondendum illis obiectionibus sufficeret simplex negatio, nulla tenus enim probari possunt. Ne tamen ab aliquibus mendacium pro veritate sumatur.

252287



AD primæ Obiectionis solutionem, Quære ab illis mendaciorum confictoribus, ut assignent tibi alium hæredem illorum Ducatuû & statim obmutescet, nisi fortè ineptè suo more assignent filium illegitimum Serenissimi Patruï quem Principem Vademontanum vocant, & tunc illos erroris, vel malitiæ statim conuincas ex eo quòd ille legitimus sit incapax talis successionis, quæ nequidem diuidi posset in fauorem Filiorum Legitimorum si plures essent, sed tota & indiuisa pertinet ad dictum Principem Carolum Hyacinthum.

Item conuincas eosdem ex variis declarationibus publicis & authenticis, quas fecit dictus Serenissimus Patruus se nullum habere filium qui possit succedere dictis Ducatibus. Id expressè habetur in Tractatu Anni 1662. propè initium. Quem tractatum cum aliis subsequentibus reperies in libro Gallico idiomate composito, & Colonia impresso, Anno 1667.

Ne autem deficiente illis mendacibus alio hæredo, phantasma

liquod ex Garamantis forsan erusum tibi obtrudant; sci as velim, Carolum tertium Lotharingæ & Barri Ducem habuisse tantum uos filios Henricum, & Franciscum.

Henricus maior natus, fuit post mortem Patris Lotharingæ & Barri Dux, nullos habuit filios, sed duas tantum filias Nicolaam & Claudiam,

Franciscus verò habuit duos filios, Carolum maiorem natum, qui modo regnat in Lotharingia, & vocatur Carolus Quartus: Duxitq; in Matrimonium dictam Nicolaam primogenitam Patris sui Henrici ex qua nullam prolem habet,

Secundus Francisci filius vocatur Nicolaus Franciscus, is nupsit dictæ Claudie, quæ erat filia minor natus eiusdem Patris Henrici, & soror dictæ Nicolæ, ex qua unicum habet filium supersitem nempe Carolum Hyacinthum.

Vides ex illa Genealogia, quam nemo aduersariorum impug-
nare potest; cum sit omnibus nota, necessitatem consequen-
tiæ, quòd Carolus Hyacinthus Lotharingæ Princeps est indubitatus
hæres, Ducatum Lotharingæ & Barri siue Marium, siue foe-
minarum iura spectentur.

Hic advertere poteris nullius Candidati bona accedere ad va-
lorem mediæ partis illorum Ducatum, etiam in statu in quo nunc
sunt, & consequenter falsò, Principi Lotharingico paupertatem
exprobari.

Si foeminarum iura spectentur (quæ sanè cuiq; intelligenti &
probo viro indubitata videbuntur) certissimum est ex dicta Genea-
logia Carolum Hyacinthum non solum esse hæredem, sed iam &
de præsentis esse verum & legitimum Ducem Lotharingæ & Barri,
Patrum verò eius regnare tantum precario & ex vi Testamenti,
seu ultimæ voluntatis dictæ Nicolæ eius coniugis, quæ moriens
decla-

declarauit hæredem Ducatum, & honorum suorum dictum
Carolus Hyacinthum nepotem suum ex Claudia sorore sua, vel
de tamen vt Serenissimus Carolus quartus eius Maritus regnaret ad
vitam, vnde certissimè & necessario concludendum est, illum ha
bere tantum ius quod vocant aduitalitium.

Nota, quod Galli publicis & authenticis actibus hoc ius foemi
narum vt legitimum & validum approbarunt, ius vero Marium
pro nullo habuerunt; vt constat ex Arrestibus & decretis supre
mæ Parisiensis Curia, & ex alijs actibus magis adhuc authenti
cis per quos negarunt dictum Serenissimum Carolus IV. esse
Ducem Lotharingæ & Barri nomine proprio, sed tantum nomi
ne dictæ Nicolæ vxoris suæ, quam solam veram dictorum Du
catuum Ducissam agnoscebant, tanquam filiam maiorem natu
supradicti Henrici Lotharingæ & Barri Ducis. Et certè in hoc
non hallucinabuntur Galli, quod facillimè probaretur si opus es
set: extantq; adhuc hodie in Lotharingia multæ monetæ in qui
bus videtur inscriptio Caroli & Nicolæ & facies vtriusq;, legun
tur etiam multæ leges & edicta vtriusq; nomine promulgata, sed
hæc probatio non est hic necessaria. Quia:

Etiam si Marium iura spectentur, certum adhuc erit Carolus
Hyacinthum esse indubitatum hæredem illorum Ducatum di
ctorum, siquidem Serenissimus Patruus eius, vt ipsemet declara
uit nullum habet filium legitimum, qui possit in dictis Ducati
bus succedere.

Præterea Serenissimum Nepotem suum dictorum Duca
tum hæredem sufficienter declarat, quando in actibus publi
cis & authenticis illum nominat, non Carolus à Lotharin
gia sicuti vocabatur antequam moreretur frater eius sed
modò illum, nominat Carolus Principem Lotharingæ,
quæ

na denominatio nulli sanè Principi ex Familia Lotharingie
conuenit, nisi illi soli quiescit hæres, & habet ius proximè
accedendi in dictis Ducatibus. Constat potest talis deno
minatio ex varijs eius actibus, & recentissimè ex ultimo diploma
dato Nanceij die 5. Mensis Aprilis hoc anno 1669. quod
diploma ab eius Plenipotentiaro præsentabitur Serenissimæ &
Regiæ Reipub. Poloniæ;

Incidenter ex hoc diplomate adnotare adhuc poteris contra
alumniatores, Serenissimum Ducem nihil non effecturum vi
Principem Lotharingiæ Nepotem suum ad Regiam dignitatem
promoueat: siquidem personam suam, Ducatum utrumq; &
omnia quæcunq; bona sua præsentia & futura obligat ad securita
tem eorum quæ cum Serenissima & Regia Reipub: paciscetur, &
eidem promittet Serenissimus eius nepos.

Ad secūdæ Obiectionis solutionē facillima est Responsio.
Cum enim sicut supradictum est Serenissimus Patruus possideat
illos Ducatus tantum precario & ad vitam; certum est illum non
potuisse vendere id cuius proprietas ad Nepotem suum pertinet,
qui dictæ præsensæ venditioni se se palam opposuit, & contra il
lam publicè protestatus est.

Sed dato, non concesso, quod Serenissimus Patruus potuerit
vendere (quod falsissimum est propter multas & conuincentes ra
tiones quas breuitatis causâ omitto) adhuc in illa falsissima supposi
tione; certum esset illam venditionem præsentam ex Tractatu
cum Gallis inito, Anno 1662. nullam & inuolidam esse.

Quis enim dixerit tractatum illum validum esse, cuius condi
tio Essentialis, immò illa quæ est sola vera causa contractûs, & de
qua expresse stipulatum est, quod sine illa tractatus non fieret.
Quis inquam dixerit deficienti tali conditione, immò executione
impo.

ringie
proximo
deno
bloma
quod
ma &
contra
um vi
tatem
q; &
curita
tur, &
impossibili existente quòd talis contractus erit validus. Legatum
Sectio octava dicti contractus presentis venditionis, initi Anno
1662. in quo Rex Gallia declarat Principes Lotharingia habiles
& capaces succedendi Regno Gallia illos aggregando familia Regia
& eosdem ad hunc effectum adoptando &c. pro quorum securitate
promittit quòd sine mora faciet expediri omnes litteras declarationis
necessarias, easdem verificare, & homologare in omnibus, Parlamen-
tis, Curijs &c. ita ut dicti Principes Lotharingici in posterum neque-
ant à quocunq; vel quouis modo turbari in possessione supradictorum, si-
ne quibus presens tractatus non fuisset factus. Hæc omnia, & alia
adhuc magis expressa in dicto articulo continentur, ex quibus im-
possibile est non convinci inexecutionem talis conditionis & eius-
dem impossibilitatem, reddere contractum nullum & invalidum.

Talis autem conditionis inexecutio constat omnibus: & non-
dum factæ sunt, nec fient vnquam declarationes necessariae & actus
verificationis & homologationis in omnibus Parliamentis & Curijs
Regni Gallia qui debebant sine mora expediri, & de quibus dictum
est expressis verbis, quod sine illis tractatus non fuisset factus.

Constat etiam impossibilitas dictæ conditionis, non enim
adoptione, sed generatione tantum; non pennâ & atramêto, sed cum
Regina solummodò potest sibi Rex Gallia Principes Regii San-
guinis procreare. Ius succedendi Regno Gallia non acquiritur
adoptione, sed solâ Natiuitate & Origine: ibi nascuntur hæredes,
non fiunt. Adoptio ius est fictitium duntaxat & imaginarium
quod in Gallia reiiicitur. Si adoptio posset dare ius succedendi
Regno Gallia, penderet successio à Regis voluntate, eiusq; libero
arbitrio esset relicta, quod pertinacissimè negant omnes Galli,
asserentes quòd si familia Regia deficeret, tunc libera illis
esset Electio. Et certè vbi primum innotuit ille tractatus, statim

isse sunt multæ oppositiones variorum Procerum Regni Galliarum.

Adde quòd dictus tractatus Anni 1662. non possit proven-
tione haberi, sed potius sit pura celsio, & quidem sine causa, &
consequenter ex iure & ex praxi forensi Regni Galliarum, nulla. Quis
enim afferuerit aliquid merè impossibile & Chimericum esse cau-
sam sufficientem contractus cessionis? Alia verò quæ in hoc tra-
ctatu continentur nullatenus possunt dici causæ dicti tractatus, cū
non potuerint moueri dictum Ducem Serenissimum ad ineundum
illum tractatum, sibi, suis, & statui adeò perniciosum, siquidem
longè plura & ampliora bona possidet in Lotharingia, quam ea
quæ illi promittuntur, possidetq; cum Titulo Supremi Dominij
absq; aliqua alterius cuiusvis dependantia.

Alia Ratio vnde probatur nullitas eiusdem tractatus, petitur
ex violentia, & timore cadente in constantem virum, erat enim
Parisijs & in potestate Regis, & ministrorum eius, quibus sine
vitzæ, vel saltem libertatis suæ discrimine resistere non poterat. Me-
tus verò similis tollit libertatem sine qua corrumpitur contractus.

Adde quod contractum illum contra formam aliorum om-
nium, nullus Secretarius, nec alius cuius præter ipsum Ducem
subscripsit.

Insuper nulla vnquam accessit confirmatio dicti contractus
per Serenissimum Ducem post discessum eius ex Gallia, quam ta-
men fuisse necessariam agnouerunt ipsi Galli, vt probatur ex tra-
ctatu anni 1641. in quo expressè stipulatū est, quod idē Dux dictum
tractatū Anni 1641. cōfirmaret post reditū in suos Ducatus, & defacto
Cardinalis Richelius statim post discessū Ducis ex Gallia misit nunciū
expressū nomine Regis ad recipiendā dictā cōfirmationē, quæ Barri
fuit expedita, sine qua tractat⁹ in Gallia init⁹ fuisset nullus, propter
defe-

allia. defectum libertatis sufficientis. Tantum autem abest, ut Serenissimus Dux dictum tractatum Anni 1661. post discessum suum ex Gallia confirmauerit, ut è contra statim contra illum fuerit protestatus.

Sed non opus erat ullam rationem adducere ad probandam nullitatem contractus quam ultro agnouerunt Galli, illum enim sine magno suo aliunde præiudicio & sine famæ suæ iactura validum asserere neutiquam poterant sicuti moniti fuerunt à Principibus quos sibi foederatos habebant in Germania. Ab illo tandem quod tot rationes inualido resilierunt pertractatum posteriorem Medicis initum Anno 1663.

Legatur articulus 9. qui sic habet: *Rex relinquet Duci reliquos status suos eodem modo quo ipsi redditi sunt per tractatum Anni 1661. cuius registrationem in Parlamento Parisiensi Rex promittit.*

Nota quod ibi nulla facta est mentio dicti tractatus prætextu venditionis Anni 1662. qui erat intermedius, contra quem tot protestationes factæ erant, & quem nulla eius executio subsequuta fuerat, & consequenter nullus est reputatus,

Præterea quorsum Rex Anno 1663. prætenderet registrationem tractatus Anni 1661. si prætenderet validum subsistere tractatum intermedium Anni 1662, priorem omnino destruentem.

Adde quod per alium articulum dicti tractatus Anni 1663. *Conuentum est quod nominabuntur ex utraque parte Commissarij ad terminandas difficultates que obuenerunt à signatura tractatus inito Anno 1661.* Certè hic articulus fuisset omnino inutilis si uoluisset

Rex vt subsisteret tractatus anni 1662. frustra enim laborasset Commissarii in executione procuranda & terminanda præcedentis tractatus anni 1661.

Quid plura? Ab illo Tractatu Anni 1663. gaudet pacificè Dux Lotharingæ suis statibus secundum conditiones contentas in dicto tractatu Anni 1661. cuius executio consequenter ex Anno 1663. subsecuta est, postquam per mandatum expressum Regis Galliarum fuit sine restrictione registratus in Parlamento Metensi.

Post illa omnia quæ verissima sunt, nemo dubitauerit venditionem illam prætentam, nullam & inuolidam omninò esse, & vt talem ab omnibus habitam, etiam à Gallis qui nullâ habita ratione tractatus Anni 1662. executi sunt tractatum Anni 1661.

Fabula est Serenissimum Ducem recepisse quinque Milliones, ne obulum quidem recepit, imò nihil vnquam tale stipulatum nequidem propositum fuit.

Tertiæ Obiectionis partem vltimam falsissimâ asserent quotquot Serenissimum Lotharingæ Principem Tarnomontij in confinio huius Regni ab octo Mensibus residentem viderunt, sine dubio testabuntur illum in vnica hebdomada expensas facere quas Regimenti lucra totius anni vix possent adæquare. Imò ibi notum est omnibus illa lucra nunquam sibi assumpsisse, sed eiusdem Regimenti Officiariis vltro semper concessisse. Ex quibus autem redditibus satisfaciatur expensis conice ex eo quòd singulis annis 50. talerorum millia ex Lotharingia acceperit; quod ex libris Mercatorum Viennensium, Argentinsium, & aliorum facillimè probaretur.

Hinc

Hinc facile coniiciet quisquis vir prudens, dependentiam à Cæsare quam obiecerunt aduersarii non eam esse quæ Senissimæ & Regiæ Reipublicæ Poloniæ grauis vnquam aut spectata esse possit, præsertim si aduertatur Legatum Cæsaris patres Lotharingici Principis non sustinere, sed Neoburgici commendationem in mandatis habere.

Quoad primam huius obiectionis partem vtrò fateor veram esse, Est enim Colonellus Carolus Hyacinthus Lotharingiæ Princeps, & in hoc gloriatur, imò se militem esse gloriatur & strenuum quidem, talem experti sunt Turcæ in vltimo prælio Hungarico, nunquam illum pudebit assumere qualitatem cum qua tantum gloriæ adeptus est, vt post illam insignem & Orbi Christiano vtilem adeò victoriam, Generalis Montecuculi scripserit Imperatori, primariam eius gloriam tanquam eius auctori præcipuo deberi Principi Lotharingiæ, qui vt asserbat idem Generalis, non solum vt fortis & magnanimus miles præliatus est, sed etiam vt expertissimum & prudentissimum Ducem se gessit. Imò ipsi Christiani nominis hostes, ab illo pluries fracti & repulsi, illum Regiâ fortunâ dignum iudicarunt.

Illam sanè gloriam non foedabunt calumniis suis aduersarii nostri, talis enim Colonelli qualitas magnum Principem non dedecet, testis vnicus sufficiat Rex Casimirus cui similis Colonelli qualitas, quam eodem modo sub Imperatore habuit, nullo modo postea obsuit quin in Regem Poloniæ eligeretur. Nonne defunctus Rex Sueciæ fuit sub aliis inferioribus Principibus Colonellus seu Legionis Tribunus per decem annos antequam

et altiores in militia gradus prouheretur. Nonne visus est princeps Sultzbach Domus Neoburgicæ, & alius, Domus Palatiæ in eadem qualitate militantes sub Duce Lotharingæ modo egnante? Infinitis exemplis posset obtundi stoliditas & ineptia duersariorum qui hoc obiiciunt, vt de filio Regis Daniæ, de fratribus magni Ducis Hetruriæ qui sub Imperatore legiones habuerunt, De fratre Regis Angliæ Duce York sub Rege Gallicæ, de fratre defuncti Ducis Sabudiæ, de Comite Sueffonio, & aliis Principibus eiusdem Serenissimæ Domus. Nonne videntur quotidie Principes Regii Sanguinis Borbonici qui non vt Colonelli, sed Capitanei sese militiæ conscribunt? Testis nobis est Dux Anguensis filius Principis Condæi, & multi alii.



111. 111.

t
-
p
h
:
e
-
c

1
2
1
TH
T
O

